

CC.

Anno 1622.

**Diploma assecurationis a Ferdinando II. Rege SS. et OO.
Regni Croatiae et Slavoniae ante coronationem datum.**

Nos Ferdinandus, Archidux Austriae &c. Memoriae commendamus. Quod cum nos in generali Congregatione Inclytorum Statuum et Ordinum Regni Hungariae et partium ei adnexarum, ex Edicto Sacratissimae Caesareae Regietatis Domini et Progenitoris nostri charissimi in Civitate Soproniensi indicta et celebrata, ex singulari et paterna Suae Caesareae Maiestatis erga Nos annuentia per eosdem Status & Ordines in futurum ipsorum dominum et Regem unanimi consensu rite electi fuisset. Extunc per eosdem Status et Ordines supplicatum nobis exstitit in eo, quod cum dictus dominus et genitor noster carissimus speciale Diploma suum regium Statibus ac Ordinibus Regnorum Croatiae et Sclavoniae super certis introscriptis grauaminibus ipsorum complanandis et effectuantis Posonii in Anno Domini 1618 clementer dedisset, ut si forte introscripta grauamina idem Dominus genitor noster carissimus tempore sui felicitis Regiminis in aliqua sui Parte ad effectum deducere non posset, Nos statim tempore apprehensionis felicitis Regiminis dicti Regni Hungariae omnes modos et rationes inituros, ut introscripta grauamina (in quantum non forent effectuantia) complanare et effectuare digaremur. Unde nos praemissae petitioni praedictorum Statuum et Ordinum benigne annuentes, eosque in verbo Nostro assecuramus, ea omnia Nos complanatuos et effectuatuos, si quae sub felici Regimine Domini et progenitoris Nostri indulgentissimi complananda et effectuanda remanerent. Super quibus praemissis Eisdem Statibus et Ordinibus praesentes manu nostra subscriptas et sigilli nostri impressione munitas elargiti sumus. Datum . . . 1622.

Orig. in c. r. secr. aul. Archivum Viennae.